

PROLEGOMENON  
DISSEKTATIONES

IN OMNES ET SINGULOS  
SCRIPTURAE LIBROS  
A U T H O R E  
R. P. D. AUGUSTINO CALMET

ORDINIS & BENEDICTI  
Congregationis SS. Viti & Modesti  
A JOHANNI DOMINICO MANSI  
LUCENSIS CONGREGATIONIS MAIORIS DE  
Tomus secundus.



L. L. C. A. MDCCLXXIX.

RM VENTURINI



IN LIBROS  
NOVI TESTAMENTI  
PROLEGOMENON.



Utifariam, multique modis olim. Deus loquens Patribus in Prophetis, novissimè diebus istis loquutus est nobis in Filio, quem constituit heredem universorum, per quem fecit & saecula (a).

<sup>a</sup> Hebr. I. 1. 2.

Loquutus est ad Patres nostros in Veteri Testamento, loquutus est & in Novo. Moyses vetusti foederis conciliator est, Prophetæ ministri; hic Legem rogavit, hi Messia adventum prænunderunt. Lex & Prophetæ aliè plane spectabant, nec illud, cuius priores tantum rudioresque lineas duxerunt, perficere unquam permissi sunt (b); non datum ipsis consentire, quod tantum permittebant; neque omnibus numeris absolvere, quod veluti delineatum representabant. Hominum vota promovebant tantum, non implebant.

<sup>b</sup> Hebr. 7. 19. Nihil ad perfectam adduxit Lex.

Sed Jesu Christo in mundum tandem veniente, & novo foedere in veteris locum succedente, statim umbra depulsa, figuræ & Prophetarum oracula impleta. Lex perfecta, novus populus pro veteri, novumque tempus successit, quo juxta Jeremiæ 36. 31. vaticinium: *Feriam Domui Israel (dicit Dominus) & domui Juda factus novum. Non secundum pactum, quod pepigi cum Patribus eorum in die, qua apprehendi manum eorum, ut educerem eos de terra Egypti, pactum quod irritum fecerunt, & ego dominatus sum eorum, dicit Dominus. Sed hoc erit quod feriam cum Domo Israel post dies illos: dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam, & ero eis in Deum, & ipsi erunt mihi in populum.*

Fœdus in monte Sinai initum uni tantum domui Israel favebat; novum a què omnes filios hominum complectitur. Primum ob signatum est cruce arietum & taurorum; novum Filii Dei sanguine. Postea.

Dissert. Calmet Tom. II.

rius illud fœdus supremi Legislatoris primam curam tenebat (c); huc omnia, quæ in Libris Veteris Testamenti leguntur, spectabant. Spiritus timoris & servitutis veterem Legem tenebat; amoris nova erat decus & privilegium. Illa itato tempore duratura; hæc æterna, ut omnia equaret sæcula atque per omnes gentes diffunderetur, præmia pollicebatur æterna, pariter & infinita; cum peritura tantum Lex illa vetus conferret.

<sup>c</sup> Augus. contra duas Epistolæ Pelag. l. 3. c. 4. n. 7.

Ecclesia Christiana promissorum omnium, quibus Deus fidem suam obstrinxerat Synagoga, hæres, pretiosum sibi commissum Scripturarum Veteris Testamenti depositum sanctè custodit, veluti instrumentum possessionis suæ & electionis, sicut amule sive Synagoga reprobationis. Sed majori quadam curâ & veneratione servat Libros Novi Testamenti, quibus veluti fides confert, adoptionis suæ & tanquam pignus felicitatis; veluti publicas aliquas Tabulas latè demonstrantes Domini & parentis sui voluntatem; tanquam co-dicem vitæ, prodigiorum, & doctrina Dei sui, ac tandem tanquam regulam rerum morumque directricem.

<sup>d</sup> Vide Aug. lib. 1. de Con-sen. Evang. cap. 7. & 9. & lib. 28. con-Fausi. Mani. eb. cap. 4. Epif. 237. Nov. edit. Sermo ibi de hymno Jesu Christo adscripto, ex quo nonnulla referuntur.

D. N. Jesus Christus nihil ipse per se posteritati scripsit (d), neque vitam suam & doctrinam, ut literis mandarent, Apostolis unquam præcepit. Contentus tantum voce populos sive pro concione sive privatis colloquiis instruxisse, cetera neglexit. Antequam tamen homines præsentia suâ desereret, missurum se invisibilem, quendam Præceptorem spondit [e], quo interius docente, & veritatem discerent omnes, tum & quæ maxime quisque & præstare & dicere teneretur, pro nata quacumque occasione illos instrueret.

Meminit etiam alterius Operis ejusdem J. C. nomine inscripti ad S. Petrum & Paulum. Liber erat Magicus. Scitum est quid de Epistola J. C. ad Abgarum fertur. Sed hæc omnia ab Eruditis rejecta. e Joan. 14. 26. & 16. 13.

Hujus promissionis fidem impleturus S. Spiritum quinquagesimo post Resurrectionem suam die ad Apostolos misit, cuius illapsu subito lumine irradiati, novoque ardore incalentes, & Sancta Evangelia, & ceteros Novi Testamenti Libros scribere.

A 29.

f Auguf. l. x. c. 15. de Con- fensu Evan- gel. Non aliter accipiet quod narra- tibus Discipu- lis Chrifti in Evangelio le- gerit, quam fi ipsam manum Domini, quam in pro- prio corpore gestabat, scri- bentem confpe- xerit.

g Luc. l. 1. 2.

h Iren. lib. 1. cap. 11. Hie- ronym. de vi- ris Illuf. c. 9. Victorin. Pi- ctur. in Apo- cal.

aggressi sunt; quos sanè Libros non im- meritò nos tanquam ipsa Jesu Chrifti Ope- ra, digito Dei scripta, suspicimus (f). Non dicamus: O illi felices qui eum vide- re potuerunt; quia multi in eis, qui vide- runt, occiderunt: Multi autem in nobis, qui non viderunt crediderunt. Quod enim pre- tiosum sonabat de ore Domini, & propter nos scriptum est, & nobis servatum est, & propter nos recitatur, & propter posteros re- citabitur, donec sæculum finiatur.

Nec major Apostolis scribendi sollicitu- do; prius enim illi, Præceptoris sui exem- plum sequuti, docendos sibi instituendosque vivâ voce populos susceperunt. Aliè enim menti impressas habentes, quas ore loquen- tis Præceptoris veritates audierant, futu- rum ut aliquando illorum obliviscerentur, nunquam timebant; quos insuper tutos in eare faciebant ejusdem Magistri promissio- nes, de asserendo nempe illis Spiritu suo, à quo nunquam defererentur. Successu ve- rò temporis pium Fidelium studium ab illis tandem extorxit, ut quæcumque ab illis voce auscultarant, hæc literis man- data de scripto legerent. Hujus rei gratiâ S. Mattheus scribere aggressus; nec faci- lè alio consilio S. Marcus id sibi sus- cepit, ut synopsis operis ejusdem S. Mat- thæi daret, nonnullis adjectis, quæ ipse aliorum relatione haberet explorata.

S. Lucas eam se habuisse scribendi cau- sam prodit (g), quòd scilicet plures de- vita & doctrina Jesu Chrifti ex ore lo- quentium Apostolorum exceptos Libros in vulgus spargi animadvertisset; se verò, ait, omnia quæ scriberet, testium de visu relatione comperisse; rem autem Ecclesiæ maximè utilem se præstiturum confidere, si ordine omnia digereret, quæ ab ipso- rum exordio contigisse verissimè norat. Docent tandem Patres (h), S. Joannem ad Evangelium suum literis mandandum exor- tas hæreses Cerinthi, & Nicolaitarum Jesu Chrifti divinitatem negantium impulsisse.

Ad Acta Apostolorum quod spectat, continuatio sunt Evangelii S. Lucæ, & hi- storia rerum gestarum ab exordio Ecclesiæ Jerofolymis adusque S. Pauli ad Christiana sacra transeuntis; quibus deinde accedit historia rerum ab eodem Apostolo gesta- rum usque ad primum ejus iter Romanum. Nihil ferè refert in eo Opere S. Lucas, quod ipse oculatus testis non explorasset, quippè qui comes in omnibus ejusdem Apo- stoli, quâ in laboribus, quâ in vicissitudini- bus, quâ tandem in prædicationibus fidus he- sisset. Pro variis rerum opportunitatibus, & cum maximè è re Ecclesiæ conferret, S. Paulus Epistolas suas scripsit, non quidem eo consilio ut veritates omnes, quas ipse prædicatione docuerat, uno veluti scripto ad posteritatis memoriam complecteretur; quamquam divinè providentiæ dispositione factum sit, ut quæ ipse fortuito casu scriberet, hæc posteritati tanquam supplementum quoddam Evangeliorum instruendis populis maximè utile commendarentur. Eadem ceteris Apostolis, quorum manent Epistolæ, fuit scribendi ratio, quò nimi- rum utilitati Ecclesiarum, ad quas literas

dabant, fervirent; quanquam id certò nos- sent futurum, ut tandem ceteris Ecclesiis communicarentur; tantum enim Apostoli- cis scriptis dabatur; & eò usque pium Fi- delium studium conservandis illis doctrinæ & pietatis preciosissimis monumentis de- venerat.

CANON NOVI TESTAMENTI.

Nihil in præsentia moramur, tum Sa- crorum Librorum Novi Testamenti autoritatem, cum eorum Librorum sive Authores, sive scribendi finem, tempus, & occasiones, quæ omnia singularibus ad singula illa Scripta Prolegomenibus fufius prosequemur. Sunt in utroque Testamen- to Opera, quorum omnibus retro sæculis asserita fuit autoritas; sunt de quibus in particularibus Ecclesiis dubitatum est ali- quando; quanquam nullus Scripturæ Li- ber hodie in Canone recensetur, quem fan- nior veterum Ecclesiarum pars suffragio suo non probaverit. Frustra veteres Hæreti- ci sive fictis Evangeliiis procedendis, seu veris corrupendis laborarunt; integra- semper fides Originalium in Ecclesiis Catho- licis mansit; & successu temporis corrup- tis eorum Exemplaribus in oblivionem Ecclesiarum sollicitudine, proserptione & damnatione traditis, veritas obtinuit.

Quo anno Canon Librorum Novi Testamen- ti absolveretur certo definiri vix po- test; sed satis expressus jam inde à secun- do Ecclesiæ sæculo legitur. Cum ab Afiaticis Episcopis tria Evangelia scripta jam & publici juris facta S. Joanni Evangelii- stæ exhiberentur; recepisse illa & probaf- se narrat Eusebius [i]; supplendis autem quæ illis deesse videbantur, alterum ip- sum scribere aggressum esse, addit idem Eusebius, quo gesta omnia in exordio præ- dicationis Jesu Chrifti ab aliis omiffa ex- pressa sunt. Ita Canon Evangeliorum consi- tit. Tria illa priora Evangelia laudan- tur in Epistola S. Clementis ad Corinthios, quæ Evangelio S. Joannis vetustior est. S. Polycarpus in sua ad Philippenses Episto- la quinquies vel sexies usurpat Evangelia S. Matthei, & Lucæ, nomine tamen il- lorum suppresso. Crebrò legas quatuor Evangelistas in Epistola S. Barnabæ lauda- tos; idem observes in septem Epistolis S. Ignatii, in quibus maximè ad Evangelium S. Joannis alluditur.

Commentaria Apostolorum legas apud S. Justinum Martyrem (k), quo nomine de- signat Evangelia ab Apostolis, ait ille, sive ab eorum Discipulis scripta. Tertul- lianus contra Marcion. l. 4. cap. 5. hæc habet: Si constat id verius, quod prius; id prius, quod & ab initio; id ab initio, quod ab Apostolis; pariter utique constabit, id esse ab Apostolis traditum, quod apud Ecclesias Apostolorum fuerit sacrosanctum. Addit idem Author l. 4. cap. 4. antiquitatem Evangelio- rum ex corruptis eorum Codicibus ab Hæ- reticis maximè demonstrari: Itaque dum emendat utrumque confirmat & nostrum anteriori; id emendans, quod invenit, & id posteriori, quod de nostri emendatione

i Euseb. l. 3. cap. 24. Hist. Eccles.

k Just. Apolog. 2.

J Iren. l. 5. cap. 30. m Iren. l. 3. cap. 11. n. 7. & 8.

n Pavus Hæ- reticus ille. A. S. C. 127.

o Euseb. Hi- stor. Eccles. lib. 5. cap. 10.

p Fragmen. M. S. Petri Alexan. de Paschato apud Petavium.

constituens suum, & novum fecit. Novis Hæreticorum scriptis vetera, & probata Apostolorum originalia opponit S. Irenæus (l), quatuor Evangelia simul agnoscens, & congruas ejusdem numeri rationes af- ferens (m).

Ex his, quantum arbitror, demonstra- tur, exeunte primo sæculo, & incante- secundo, & tertio, canonem quatuor Evan- geliorum receptum, agnitumque fuisse, cui autoritas ex ipsis Apostolis contabat; cum S. Joannes tria Evangelia viderit, probavitque; & S. Paulus Evangelium ple- rumque juxta S. Lucæ textum laudet. Por- rò canon iste non in cœtu aliquo publico, vel Concilio digestus est; sed Ecclesiarum consensu, & de sententia Episcoporum, quorum plerique cum Apostolis, & Disci- pulis familiarem consuetudinem habuerunt.

Epistolarum Apostolicarum nec autori- tas minor habenda est, nec eorum colle- ctio quatuor Evangeliiis multò recentior. S. Polycarpus disertè laudat Epistolas S. Pau- li, S. Petri, & S. Joannis. Nihil quidem apud illum de epistola ad Hebræos, secun- dà S. Petri, secundà, & tertiâ S. Joannis; sed idèd facile, quòd in priori illa episto- larum collectione desiderarentur. Habebat enim Ecclesia jam inde ante Marcionem (n) in unum corpus collecta Evangelia, & Epistolas, ejusque exemplo hæreticus pro- cudit Codicem suum Evangeliorum, & Apostolorum, nempe Apostolicarum Epi- stolarum. S. Ignatius in sua ad Philadel- phienfes Epistola non obscure designat Scri- pturarum corpus ex Evangelio, Apostolis & Prophetis collectum: Confugiens ad Evan- gelium, tanquam ad carnem Jesu Chrifti; & ad Apostolos, velut ad Ecclesia preshyte- rium. Prophetas etiam diligo, ut qui Chri- stum annuntiaverunt. Apostolicarum Epistolaru- m Autographa suâ adhuc ætate alicubi servari Tertullianus de prescription. cap. 36. testatur: Authentica ipsa litera Apostolo- rum sonantes vocem, & representantes faci- em uniuscujusque.

De Panthæno Philosopho Christiano, qui Alexandriæ circa A. C. 184. Scholam moderabatur, legimus apud Eusebium (o), offendisse nimirum illum apud Indos Hebraicum Evangelii S. Matthei exemplar, eò, uti ferebatur, à S. Bartholomæo de- latum. Porrò exemplar illud Alexandriam retulisse Panthænum S. Hieronymus, & Rufinus est author. Addit insuper idem S. Hieronymus in Catal. c. 3. exemplar hebrai- cum S. Matthei Cefaræe in Bibliotheca Pam- phyli servatum fuisse; ex quo facilis con- jectura Alexandriâ Cefaræam Exemplar il- lud translatum; nisi si fortè Codex Cæsa- riensis ex Alexandrino descriptus creden- dus esset. S. Petri Alexandrini ætate, la- bente scilicet secundo sæculo sive tertio incunte, Autographum S. Joannis ipsâ ejus manu descriptum religiosissimè serva- batur (p). Nihil ego impræsentia de Co- dice Veneto tanquam Originali, S. Marci habito, cum de illo fufius in Prolegome- no ad illud Evangelium disserere consti- tuerim. In Insula Cypri an. 488. super ip- sum S. Barnabæ corpus positum, Evangelii Dissert. Calmet Tom. II.

Exemplar inventum est; quod ipsâ ejus Apostoli manu in ligneo axe pretioso equè & solido descriptum fuerunt; illud autem, addunt, diutius Constantinopoli servatum, ubi pariter singulis annis ferâ quintâ ma- joris hebdomadæ legi consueverit.

Hæc quidem satis superque dicta arbi- tror, quò ora obstruantur diditantium; Canonem Librorum N. T. non nisi sæculo secundo, & seriùs etiam digestum fuisse; sicut eorum, qui autumant, numerum. Evangeliorum & Epistolarum non nisi feriùs determinatum. Quanquam enim prio- ribus Ecclesiæ sæculis plures obtinerent Apocryphi, ab Hæreticis proculsi, sive eorum operâ corrupti Libri; æquè tamen constat, certum Sacrorum & Canonico- rum Librorum numerum ab aliis quibus- que discretem, suam habuisse, alterius pla- nè ab omnibus aliis ordinis, autoritatem.

TEXTUS ORIGINALIS N. T.

Textus Originalis Librorum N. T. Græ- cus est. S. Matthei Evangelium Hebraicè (q) primum sive potius vernaculo tum temporis apud Hebræos sermone Sy- riacè descriptum est; citissimè tamen Græ- cis literis traditum, constat. Servabatur etiam Hebraicus iste Originalis Textus SS. Epiphani & Hieronymi ætate; dein protu- sus interdictus. Corruptus enim Ebionita- rum aliorumque hæreticorum fraude, con- temptui primum, dein oblivioni traditus est. Græca versio, qualis hodie extat, at- que originalis locum usurpat, vetustissima est, & S. Jacobo à nonnullis (r), ab aliis verò Joanni tribuitur; nec minoris est, si- ve fidei, sive exactitudinis, sive vetustatis Latina versio Authoris incogniti.

Suspiciantur olim nonnulli, S. Marcum Latinis literis Opus suum tradidisse, quo- rum tamen sententia hodie assertore caret. Non deserunt, qui crederent, Epistolam ad Hebræos Hebraicè primum scriptam in Græcum deinde translaram fuisse. Sed temerè profus illi; ejusque Exemplar, nisi Græcum spectasse neminem constat. Cum verò Librorum N. T. Authores Judæam referrent originem, & Hebraicæ vel Sy- riacæ linguæ ab incunte ætate assevis- sent, vernaculi illius sermonis genium ser- vant; nihil præferunt illius elegantiae & cultus, qui in probatis quibusque ejusdem ætatis Græcis Authoribus sentitur. Nec ab his nevis prorsum immunis est S. Lucas, quamquam majori eloquii puritate niteat. Sed minimum illum defectum rerum gran- ditas & majestas satis compensat; eoque magis prodigium Evangelicæ prædicationis spectandum est, quò admiranda pluri- ma patrata intelligimus: Non in doctis hu- mana Sapiencia verbis, sed in doctrina Spiritus.

VERSIONES NOVI TESTAMENTI.

Cum ab ipsis crepundiis Ecclesia longè lateque per orbem diffunderetur, factum est, ut ab ipso pariter ejus initio va- riorum sermone tradita Evangelia vulga- A 2 ren-

q Papias apud Eusebium l. 3. c. 29. Hist. Eccl. Irenæ. Origen. Euseb. Cyril. Jerofoly- lymit. Epiph. Hieronym. alii.

r Synops. S. Script. seu Au- thor. addition. in sine Synops. Cujus tamen verba designare etiam possunt, S. Ja- cobum Evan- gelium illud Fidelibus ex- plicasse.